ferē ad id qđ ei ſubici diximus. Oportet āt qui Iouis cōtēplaē effigiē cū cœlo & horis: & aſtris ipm imaginari ſicut phidiæ tūc uenit in mentē. Palladē uero fin/gere cuntabūdā: exercitus & cōſilia & artes meditātē: & q̄uo ex ipſo Ioue ꝓſiliit: ſin uero accipitrē aut noctuā: aut lupū uel canē fingēs in tēpla deferat: pro Mercurio Pallade aut apolline feras beſtias atq̨ aues honore ſimulacroq̨ dignas: deos āt ꝓcul ab illoꝝ gloria cōſtituitis. Tunc theſpion uideris inqt curioſe nimiū res nr̄as ꝑſcrutari: ſapientis.n.eſt ſi quicq̄ orōne apud Aegyptios īprimis exprimaē: nō audere cōtra deoꝝ effigies aliqd loqui: ſed mēte cōſilioq̨ illas excogitatas eſſe cēſere. Sic.n.ipſas uenerabiliores futuras uideri putauerūt. Ad ea ſubridēs apollonius o uiri inqt magnū ꝑfecto ex æthiopū ægyptioꝝ ſapiā fructū accœpiſtis: ſi uenerabilior uobis & deoꝝ imaginib9 ſimilior eē uidebiē: aut canis: aut ciconia: aut hircus. (hæc.n.ſapientē theſpionē audio dicere) q̄ aliæ deoꝝ effigies: in illis eni qd uenerationis aut terroris inſit nō uideo. Periuros.n.& ſacrilegos: & q ſcurilitate in deos utunē cōtēnere magis q̄ timere eiuſmodi tēpla cōſentaneū ē. Quod ſi ppea uenerāda hæc eē uidenē: qa ſub ipſis aliud mēte cōcipi & ſubintelligi poſſit: uenerabiliores utiq̨ fuiſſe deos arbitrarer: ſi eoꝝ nullū extaret ſimulachrū: ſed theologiæ mō quodā alio & magis archano uterenē. Poterāt.n.tēpla cōſtruere: & in ipſis altaria erigere: tū ēt qd ſacrificare liceret: aut nō liceret inſtituere: & qbus diebus qppiā facere: aut dicere opus eſſet ꝑfinire: nullū āt in tēplo ſimulacrū hr̄e: ſed deoꝝ effigies illis relinquere excogitādas: q ſacrificatū accederent: mēs.n.deſcribit & format aliqd omni ſculptura picturaue ꝑclarius. Vos āt hoc ēt a diis abſtuliſti: ne qs tāq̄ pulcros mēte uidere aut excogitare illos poſſet. Tū theſpion fuit inqt Socrates qdā Atheniēſis ſenex fatuus: ut uos putabatis: is canē anſerē: platanū deos putās p eos iurare cōſueuit. Minime uero fatuus habitus eſt inqt Apollonius: ſed diuinus qdā uir & uere ſapiēs: iurabat āt p ea q̄ dixi ſtī nō tāq̄ deos: ſed ne p deos iuraret. Poſt hæc theſpion ut ſermonē ad alia tráſferret interrogauit Apolloniū: qd de laconicis flagellis ſentiret: & utrū publice ſuos ciues uerberib9 cederēt cū ſe maxime liberos nobileſq̨ iactarēt: tū ēt cōtra ſeruos famuloſue delinquētes quid facerēt q̄ſiuit. Nō āplius eos interficiūt inquit Apollonius ſicut olim cōceſſit lycurgus: ſed uerberib9 itidē in eos aīaduertūt. Græcis uero theſpion inquit hac de re quid uideē? Sedent inquit Apollonius tāq̄ iacinthia: aut nudos athlætas cū uoluptate & alacritate ſpectātes. An inquit theſpion optimi græci nō erubeſcūt: cū uideāt eos: qui ſibi qn̄q̨ imparturi ſunt publice loris cedi: aut nō pudet eoꝝ impio ſubeſſe qui corā oib9 uerberanē: tu uero q̄uo talia nō emēdaſti? dicūt.n.te de Lacedæmoniis curā gerere. Age inquit Apolloni9 ego emēdare talia poſſem? Cōſului ſane nōnulla: ipſi uero ꝓmptiſſime q̄ cōſuluerā ſunt executi. Sūt.n.græcoꝝ oīum liberrimi & ſoli: qui bn̄ cōſulētib9 pareāt: uerbeꝝ āt cōſuetudo in ſcythicæ dianæ honorē ſeruaē: qđ ita ut aiūt oracula ꝓceperūt: diis āt obſiſtere inſania q̄dā eſt: ut opinor. Tum theſpion nequaq̄ inquit Apolloni ſapiētes græcoꝝ deos oſtēdis: ſi eos cedi uerberibus cōſulunt: qui maxime libertatē ꝓfitenē. Non uerbeꝝ inquit Apollonius cōſultores ſunt: ſed humano ſanguine aſpergi aras iubēt: quoniā & apud ſcythas ita colebantur: ueꝝ Lacedæmonii ſacrificii neceſſitatē ſapiēter interpretati ad tolentiæ certamen deuenerunt: ita ut neq̨ homines interficerenē: & tamē eoꝝ ſanguine deæ ſatiſfiat. Cur igitur inquit theſpion pegrinos hoſpites dianæ nō ſacrificāt: ſicut facere quondā

Nō loq̄n dū cōtra deoꝝ effigies.

Notabile

Nullū in templo ſimulacrū.

Socrates per canē anſerēq̨ iurabat.

De Laconicis flagellis.

Verberū cōſuetudo a ſcythica diana.

cõsueuerunt? Quoniá inquit Apollonius græcoꝝ nemini placet barbaroꝝ mores imitari. At uero inquit ille humaniores uiderent͛ unũ duosue sacrificantes: q̄ pegrinos oẽs ex regione sua depellentes. Non carpamus inqt Apollonius o thespion lycurgi leges: oportet. n. uiri mẽtẽ intelligere: & cur pegrinos in sua regione uersari non pmiserit: neq;. n. respexit ne peregrini indigenis miscerent͛: sed ut suæ regionis mores integros purosq; seruaret nullis externis interuenientibus. Ego aũt inquit thespion uere spartiatas uiros putarẽ si ẽt inter externos degẽtes domesticos tñ mores cõseruarẽt ꝑpterea ꝙ nõ solum absentibus: sed ẽt pñtibus ipsis uiderent͛. Oportebat igit͛ uirtutes acqrere: ipsi uero expulsionẽ peregrinoꝝ seruãtes mores tñ suos corruperũt: & græcoꝝ qbus maxime aduersabant͛ facta imitari & de iudiciis reddẽdis instituta ab atticis ad eos translata uident͛: & pro qbus aduersus Athenienses pugnãdũ sibi quondã censuerũt: ipsi eadẽ postea facere statuerũt: & ꝙ ipsi qdẽ bello superũt Athenienses: in his uero pro q̄bus exercendis bellũ susceperunt ab Atheniẽsibus supati fuerũt. Quinetiã id ipsum ex tauricis aut scythis deã aduexisse pegrinũ est: ꝙ si oraculis cõpulsi id fecere: qd scutica opus fuit? quidue seruilẽ quandã tolerantiã fingere. Magis. n. laconicũ fuisset opinor erga mortẽ oñdere fortitudinẽ & impuberẽ spartiatã ultro se offerentẽ in altari sacrificare. Hoc. n. animosiorẽ spartã oñdisset: & ꝑhibuisset reliquã græciã aliqd aduersus eos moliri. Quod si belloꝝ cã parcendũ esse adolescentibus dixerint saltẽ apud scythas positã de sexagẽnibus legẽ seruare illos decẽtius fuit: si mortẽ re uera & nõ iactantiæ atq; ostẽtationis illi cã laudãt. Atq; hæc nõ aduersum Lacedæmonios dicta sunt: sed magis cõtra te Apolloni. Si eni ueteꝝ instituta & antiqora: q̄ a nobis sciri possint exactius pquiramus deos colentesq; talibus gaudeãt multi & absurdi sermones ex tali cõtẽplatione orient͛. Scrutemur. n. eleusina mysteria: & qd afferre poterimus: cur hoc? nõ aũt hoc admittãt: & samothracũ itidẽ initiationes: cur in eis hoc qdẽ fit? hoc aũt nõ pmittitur. Idẽ ẽt de Priapo & cillenii dicemus effigie: nec ipsos calũniis intactos ꝑteribimus. Pergamus igit͛ ad aliud qcqd libet: & rõnẽ Pythagoræ q̄ nr̃a est ẽt honorantes: pulchrũ est. n. si nõ de oibus: attamẽ de istis tacere. Ad hæc rñdẽs Apollonius: si de studiosis reb9 ꝑcẽdere sermonẽ uelles o thespion: multa tibi ꝑclaraq; dicere Lacedæmon uideret͛: q̄ recte qd supra cæteros græcos exercet: sed qm̃ adeo a nr̃o sermone te ip̄m remoues: ut fas ẽt esse nõ putes: de talibus loqi: disputationẽ ad aliud aliquid cõuertamus: maxĩe aũt erit dignũ ut opinor: si de iusticia aliqd disseruerimus. Ordiamur inquit thespion sermonẽ hm̃oi: est. n. & sapientibus & nõ sapiẽtibus aptissimus: sed ne indoꝝ opiniões interferẽdo cõfundamus orõnẽ: dic primũ: quid illi de iusticia sentiãt: est. n. rõni cõsentaneũ te dũ illic esses hm̃oi rẽ diligẽter pquisse: ꝙ si eoꝝ se recte hẽt opinio ulterius q̄rere desinemus: sin uero nos aliquid poterimus dicere sapiẽtius supaddemus. id. n. iusticiæ quoddam offm̃ esse uidet͛. Optime inquit Apollonius: ut meo iudicio iocũdissime dicere uideris o thespion. Audi igit͛ q̄ de hac re fuerint illic a nobis disputata. Narrabam illis me quondã gubernatorẽ fuisse: & me iustissimũ arbitrabar quia mercedẽ a Pirratis accepturus erant: nisi nauẽ illis ꝑderẽ illuc nauigãdo: ubi ipsi in insidiis latẽtes nauẽ caperent onera quæ in ipsa uehebant͛ depredaturi. Ego aũt illis oĩa pollicit9 ne mihi uim afferrẽt: deinde lõgius ꝑteruectus spem oẽm illoꝝ sum frustratus. An igit͛ thspion indi iusticiæ opus eidẽ esse cõsenserunt. Minime uero.

Peregrini a lycurgo pulsi.

Lex de sexagenariis apud scythas.

Eleusina mysteria.

De iusticia sermocinatio.

inquit Apollonius: imo etiã me deriserũt dicentes nõ esse iusticiæ opus ab iniustis abstinere. Recte inquit thespion sentiũt indi: neq; n. prudẽtiæ opus ẽ stulte aliqd nõ cogitare: neq; fortitudinis aciẽ nõ relinquere: neq; tẽperantiæ in medorũ turpitudines nõ incidere: nec oĩo laude dignũ est quod nõ eẽ malus uidearis: oẽ. n. quod æque ab honore pœnaq; distat uirtus nõ est. Q̃uo inqt Apollonius o thespion coronabimus iustũ: aut qd facientẽ talẽ esse dicemus? Exactius inquit ille: & accuratius de iusticia nũc disputatis: q̃ olim cũ rex tã magnæ tamq; fertili regioni imperãs uobis de regno philosophãtibus interfuit: quod officiorũ iusticiæ maximũ est. Si faraotes inquit Apollonius tunc accessisset merito ꝓculdubio culparemur: si corã ipso de iusticia nõ disputauissemus: sed qm̃ ex his: q̃ pridie narraui satis noscere hoiem potuisti ebriosum & phiæ penitus inimicũ qd opus fuit disputando molestiã sibi afferre: aut nobis elaborare ꝓ emendatiõe illius nullius ꝑcii cuncta eiusmodi facietis. Sed qm̃ uiris quales nos sumus sapiẽtibus inuestigãda est iusticia magis ẽt q̃ regibus aut iperatoribus q̃ramus eũ: qui uere iustus sit. Ego. n. dũ naui potiebar me ipsum esse talẽ arbitrabar: & alios itidẽ: qui nihil iniuste opãt uos aũt tales nõ esse iustos dicitis neq; honore dignos. Et recte quidem inqt thespion: nunq̃. n. apud atheniẽses: aut lacedemonios scripta snia est hũc aut hunc eẽ coronandũ qa scortator nõ est: aut hũc eẽ donandũ ciuitate quia nõ est sacrilegus qs igitur erit iustus aut qd faciẽs talis appellabitur? neminẽ. n. iusticiæ causa coronatũ agnouimec ẽ qui ꝓ uiro iusto sniam scripserit: q; hũc oporteat coronari q; talia aut talia opatus iustus eẽ uideat. Cogitãti. n. quæ apud troiã palamedi aut socrati athenis euenere male fortunata apud hoies apparebit iusticia: iniustissima nãq; ii: quos dixi passi sunt cũ essent ipsi iustissimi quietiã p iniustitiæ opinionẽ dãnati sunt: cũ ꝑter oẽ ius lata snia fuisset. Aristidẽ quoq; lysimachi filium unde ipsa ẽt iustitia sit agnosco a ioue. n. & fatis ordinata: ut hoibus nõ afferatur iniuria nusq̃ sibi ipsi ne quis iniuriaret ꝓuidit. Mihi ãt Aristides ipse satis est ad oñdendũ quis nõ iniustus: quisue iustus sit dicẽdus. Dicas nãq; uelim ũqd hic aristides ille sit quẽ uos ex græcia ueniẽtes ad insulas dicitis nauigasse tributorũ cõponendoꝶ cã: cũq; ille æqua rõne cõstituisset eadẽ ueste & quidẽ uili ac semilacera amictus rediit. Istemet est inquit Apollonius ob quẽ & pauptatis amor qñq; floruit. Si igi. inquit thespion oratores duo fuissent athenis: qui redeuntẽ a sociis aristidẽ uoluissent laudare: & is quidẽ in hũc modũ sniam scriberet corona dignũ esse aristidẽ qm̃ diuitias nõ accepit: neq; sui uictus cã molestiã cuiq; attulit: sed cũ antea pauprimus atheniensiũ oium sp fuisset tũc ẽt se ipso redisset pauperior: Alter uero decretũ hoc mõ ꝓferret. Q̃m aristides nõ præter uires sociorũ sed cõmode pro cuiusq; facultatibus tributa dispertiens cõcordiæ ipsorum erga athenienses curã gessit effecitq; ut nõ dolẽter illa perferrent uideri sibi iusticiæ cã ĩpm coronari debere. Nõne censes priori sententiæ ĩpm ẽt Aristidẽ cõtradictururũ quasi rebus a se gestis nõ cõgruenti cũ ꝓ quibus iniuste nõ egisset honorẽ peteret: hanc ãt esse laudaturꝶ cũ mente repeteret quid illis agendis fuerit meditatus: respiciens enim ad athenienslum socioꝶq; utilitatẽ mediocritatẽ tributorũ instituerat: quod sane post aristidem magis apparuit: Postq̃ athenienses ipsius iudiciũ transgressi grauiora tributa insulis imposuere ablata est ipsis naualis potẽtia: qua maxime terribiles erant. Omnes autẽ maritimæ uires ad lacedemonios transire: cum omnes socii ad res nouas moliendas animos erexissent unde rerum conuer

Inuestiganda iu sticia sapientib9

Iusticia a ioue.

Aristides iustus.

tio fecuta eſt. Si igitur ſecundũ rectã rõnem contẽplari uoluerimus Apollonius nõ is eſt iuſtus: qui iniuſta non operatur ſed q & ipſe iuſta operatur: & alios ne iniuſte quid agant iſtituit. Naſcẽtur ãt ex ipſa iuſticia uirtutes aliæ complures maxime ãt iudiciaria. & legũ latiua. Iudicabit. n. uir talis & quidẽ rectius q̃ qui ſuper ſectis carniũ fruſtis iuramẽta concipiũt. Et leges feret perinde ac ſolones: aut licurgi. nã & iis leges ferentibus iuſticia princeps & dux fuit. Talia de uiro iuſto collocutos iter ſe fuiſſe refert damis: & Apolloniũ his oĩbus aſſenſiſſe: quia uoluntati conſentanea uiderent. Deinde cũ multũ de aĩa philoſophati eẽnt quo pacto ĩmortalis ſit: multa ẽt de græcorum legũ natura diſſeruiſſent interpellãs ſermonem Apollõius: ego inquit hoc iter cũ ueſtri tm̃ nil fontiũ cã ſuſcepi: quæ in ægyptũ uſq; ueniẽti ignorare ignoſcendũ eſt. Penetrãti ãt ut ego feci æthyopiã dedecus ẽ ipſa pterire. Hæc ullã de ipſis hẽre rationẽ. Bono omine inquit teſpion pficiſcere & quicqd tibi gratũ eſt ab illis pcare diuini ſunt. n. Ducẽ uero itineris hẽas ceníeo timaſionẽ olim naucratidẽ: nũc uero mẽphitẽ ẽ. n. fontibus illis aſſuetus atq; adeo purus ut expiatiõe nõ egeat. Tibi ãt o nile uolumus aliqd de ipſis referre: Horum uerborum ſenſus Apollonio manifeſtus erat: ſciebat. n. ipſos indignãter ferre q amaret eũ nilus. Omiſſo igi. coloquio ad res præparãdas diſceſſit ut poſtridie ĩ ortu ſolis abire poſſent. Paulo ãt poſt ſuperuenit nilus: nec eorum quæ audierat narrabat quicq̃. ſed frequẽter ſecũ ridẽs pſtabat: nemo tñ cũ rideret interrogauit: qa tanq̃ arcanis parcebãt. Tũc igi. cenati: & de rebus nõ magnis paulũ collocuti eo ibidẽ dormierũt. Poſtridie mane ſalutatis nudis iter cœperunt a ſiniſtra nil parte qua ad mõtes ducit: q̃ ãt uiderint memoratu digna ſunt hæc. Cataduppa montes ſunt terrei ſimiles his: qui ĩ lydia ſunt tumulis: ab ipſis ãt nilus defluẽs ex ea quã auellit terra ægyptũ facit. Sonitus ãt aquæ mõtes ſcindẽtis & cũ ſtrepitu in nilo cadẽtis horrẽda quædã res: & auditu ĩtolerabilis apparet: multiq; ppe accedentes auditũ amiſerunt. Procedẽti ãt apollonio: eiuſq; comitibus tumuli apparuerũt quibuſdã q̃ſi remiis ramos arborũ ferentes: quarum folia corticeq; & lachrymas inter fructus æthiopes numerãt. Viderũt ẽt ſecus uiã leões pantheras & alias huiuſmodi feras: quarum nulla in eos ĩpetũ facere tẽptauit: ſed tãq hoĩum cõſpectũ ſtupẽtes præteribant: ceruos inſuper & capreas ſtrutioneſq; & aſinos ſilueſtres complures & aĩalium uaria genera inter quæ fuere ſilueſtres boues: & hircoboues: ſunt autẽ huiuſmodi belluarum aliæ ex boue ceruoq; cõpoſitæ: aliæ ex his de quibus denominationẽ capiũt aĩalibns. Oſſa inſuper eiuſmodi ferarum & ſemeſa earundẽ cadauera inuenerunt. Leones. n. calida præda ſemel ſaturati reliquas amplius attingere dedignanť: confidentes: ut opinor: nouã rurſus pdã ſe poſſe uenari. Illic æthiopes habitant nomades appellati: qui ciuitates in curribus poſitas hñt: proximi ãt illis ſunt qui elephãtos uenãtur: illoſq; in fruſtra diuiſos uendũt: unde cognomen adepti Elefantophagi nuncupanť. Naſamones inſup & andropophagi. i. hoĩum comeſtores: pigmei quoq;. i. cubitales & ſciopodes. i. umbrã pedibus facientes. hi in quã oẽs æthiopiæ gẽtes ſũt: habitãt ãt ſecus oceanũ æthiopiæ quo ſolũ ui tẽpeſtatis q̃nq; delati hoĩes nauigãt. Cum illi de feris quas uiderant loque ẽ ur: & naturam contemplarentur: quæ tam uarie diuerſa genera animalium paſcit: ſonitus q dam eorum aures perculit tanq̃ tonitrus nundum inualeſcentis: ſed ad huc intra nubis concauitatem incluſi. Tum timaſion prope eſt inquit o uiri cataracta: quæ deſcendentibus quidem ultima aſcendentibus autem prima occurrit. Deinde ſta/

Marginal notes: Iuſtus nõ q̃ iniuſta nõ operatur ſed q iuſta operatur. — Iudiciaria. — Catadup pa quid. — Auditũ amiſerũt — Hircoboues. — Nomades habitãt ĩ plauſtris. — Elephantophagi. — Sciopodes. — Cataracta.

dia ferme decẽ progreſſi uiderunt fluuiũ ex monte profluentẽ nihil minorem q̃ Marſia ſitatq; meander ubi primũ in unũ confluunt:precibus inde uotiſq; nuncupatis propius acceſſerunt:nec ullas amplius feras uidebant. Nã cũ ſint natura pauidæ iuxta quietas aquas habitãt potius q̃ iuxta confragroſas & obſtrepentes Inde poſt ſtadia ferme quindecim aliam audierunt cataractam difficilem ſane & intolerabilem auditu:& quæ priorẽ duplo ferme ſuperaret:quam cum ex loco lõge q̃ prius altiore præcipitari uidiſſet damis cõmites aliquos tum etiã ſeipſum ita ſtupefactos auribus referet:ut ſe ab Apollonio ſemouerent rogarentq; ne ulterius progrederetur. Ve℞ ille conſtanter nilo dumtaxat timaſioneq; comitantibus cataractæ ꝓpinquauit:inde ad ſocios reuerſus nũtiauit ſuſpenſos illic eſſe uertices nil altitudine ferme ſtadiorũ octo:ripam uero quæ montibus opponitur ſupercilium habere lapidicinæ inenarrabilis:fontes uero ex montibus pendentes decidere in petroſam ripã inde in nilum refundi aquã albã:& eſtuantẽ. Accidentia uero quæ inde orianẽ multiplicia ſunt magiſq; uaria q̃ quæ in aliis cataractis eueniunt & qui illic in montibus reſonat fragor aſperrimus eſt:& inenarrabilẽ ſtrepitũ reddit. Iter uero quod ad primos fontes ducit per arduum ẽ:& non ſolũ acceſſit:ſed cogitatu etiã difficile:multa etiam de demonibus illic exiſtentibus predicant:qualia ſapienter pindarus in ſuis hymnis de dæmone cecinit:quẽ eiuſmodi fontibus præeſſe dixit.ut nilũ moderaretur poſt cataractas cũ in uicum æthiopie non magnũ admodũ diuertiſſent:atq; illic cenantes quieſcerent:ſeria iocis pmixta colloquentes:eſſe ſubitus clamor in unico auditus eſt:mulierum ſeſe in uicem cohortantiũ:qua℞ aliæ pellere:aliæ telũ capere clamitabant:uiros quoq; ad eiuſdẽ operis cõmunicationẽ cohortantes:illi uero fuſtibus aut ſaxis & quicquid in manus ueniſſet arreptis exclamabant ſe iniuria erga uxores affici. Venerat autẽ in uicũ illũ decimo iam menſe antea ſatyrus furens erga mulieres:iamq; duas interfeciſſe ferebatur:quas amare maxime uiſus fuerat. Hæc audientes Apollonii comites cum perteriti fuiſſent ne timeatis inquit apollonius:ſcio nãq; ſatyrũ quẽdam huic loco nim afferre. Certe per iouem inquit nilus:neq; nos nudi hunc iam diutius inſultantem auertere pótuimus unq̃:quo minus more ſuo laſciuiret. Eſt tamẽ inquit Apollonius aduerſus inſultatores huiuſmodi remedium aliquod quo uſum fuiſſe midam perhibent. Ipſe enim Midas ſatyrorũ genus participauit:q᷉d ipſius aures manifeſtant. Satyrus igitur quidam propter affinitatem ipſum illudebat in midæ aures calumnias iactans:nec uoce ſolum uerum etiam tibiis in ipſum carmina decantabat. ille uero cum ex matre:ut opinor:audiſſet. Satyros uino demulceri:adeo ut cum epoto uino dormitauerint:mãſuefacti poſtmodum nõ amplius conuitientur:fontem:qui penes regiam erãt uino cõmiſcuit:deinde ſatyrum ad fontem imiſit:ille autem bibit & ſuperatus eſt:& ne hoc falſum eſſe putetis:quæramus a uici huius perfecto nũ aliquid uini loci huius habitatores habeant:& illud ſatyro prebeamus:ſic enim non amplius moleſtiam afferet. Cum ita fieri cunctis placuiſſet amphoras quattuor ægyptias uino plenas magno uaſi impoſuere:ubi eius uici pecora bibere coſueuerant:eo peracto Apollonius Satyrũ inuocauit occulte etiam aliqua minatus:ille autem quaſi adhuc uinum non uidiſſet:eius tamen odore pene ac ſi bibiſſet correptus acceſſit. Poſtq̃ uero bibit libemus inquit ſatyro Apollonius iam enim dormit:ea cum dixiſſet: omnes uici habitatores ad nympharũ antra deduxit:quæ iugeris ſpacio a uicio diſtabant:ibiq;

Secũda cataracta

Inenarrabilis ſtrepitus.

Satyrus furens in mulieres

Midas ex gñe ſatyrorũ.

Satyros uino demulceri.

Dormit dormientē illū ostendens/uerberibus inquit & maledictis parcite:neq; illū ullate/
satyrus. nus lacessite:iā.n.molestiā uobis afferre desinet:& hoc quidē apollonii opus nō
pter itineris propositum:sed ob ipsum iter contingens fuit.Extat aūt illius epi/
stola ad maledicum quendam adolescentē scripta quæ dæmonē satyrū in æthio/
pia se māsuefecisse narrat:nihil aliud q̄ id quod nuper retulim⁹ exprimere uolēs
Satyros autē esse & procliues ad amandū existere negandū nō est.Ego.n.in lem
Habitus no quondā audiui æqualē meū qui ad matrē suā uenire solitū satyrū quēdā nar
satyri rabat:eiusq; talē designabat habitum:dicebatq; nebride humeros amiciri : cuius
anteriores pedes collum circumplectentes in pectore nectebātur. Sed de his ha/
ctenus:neq; enim experientiæ credendū non est neq; mihi.Descendenti ex æthio
pia Apollonio aduersus eufratē discordia ex quottidianis sermonibus incremen/
Hieroso tū accepit:eius igitur curā aliquā Menippo niloq; mandauit:uehemēter.n.ama/
lyma a ti bat nilū.Interea titus captis hierosolymis omnia circū loca cadaueribus cōpleue
to capta. rat:finitimæ autē gentes ob uictoriā coronare ipsum uoluerant:Ille uero tali ho/
nore indignū se esse respondit:non eni se esse taliū operū auctorē:sed deo iracun/
diā contra iudæos demonstranti suas manus præbuisse.Ea cum audisset apollo/
nius uehemēter uirū laudauit:q uideretur titus īgenio abūdare & modestia . tū
Apolloni uero diuinarū humanarūq; rex naturā nosce:cū sanguinis causa coronari noluis
us tito sa set.Epistolā quoq; ad eū scripsit: quā ad eum perferre damidē iussit : fuit autem
lutem. epistola talis.Apollonius Tito Romanorum Duci Salutem.Quod nolueris pu
gnarum causa:& humani sanguinis effusione coronari:ego tibi modestiæ coro/
nā tribuo:cū te optime nosse animaduertā quorū gratia coronari queq̄ oporteat.
Vale.Hac epistola gauisus Titus & meo inquit & patris noīe tibi gratias habeo:
& officiorū tuorū memor ero.Ego eni hierosolymā:tu autē me cepisti.Cum igi
Titus ro tur imperator esset Romæ appellatus Titus:& omnibus ornatus dignitatib⁹abi
mæ appe re constituit ut simul cū patre imperaret maximi tamē faciens Apolloniū:ū per/
latus im multū perficere posse arbitrat⁹esset:si etiā breui tēpore alloqui eū posset.Quapro
perator. pter ab eo petiuit:ut argos accederet.ibi se ipsū expectare promittens:eo cum ue
Congres nisset Apollonius alacriter eū cōplectens Titus:omnia mihi inquit pater p episto/
sus titi & las retulit:quæ te tamen quondā consultauit:& ne forte mentiri me putes:ecce ti
apollōii. bi eius epistolā:ubi te benefactorē suū:& bonorū omniū:quæ habemus auctorē
appellat.Ego autē annos natus triginta iisdem autē honoribus:quibus pater iam
sexagenarius ornatus:& cū eo pariter ad imperiū preter id:quod dubito an recte
satis imperare sciā:uereor etiā ne maiora q̄ me deceat aggredi moliar : demulcēs
Collū ti/ autē eius collū Apollonius:quod robustū erat perinde atq; eorū qui corpus exer
ti robu/ cent:dic mihi inquit:quis tam ualida ceruice taurum iugum subire cogeret?Is in
stum. quit Titus:qui me uitulum a primordiis educauit:patrem illis uerbis denotans:
Iuuentu/ cui ego obtemperare paratus sum q ita me a puero suis præceptis assuefecit.gau
te cū se/ deo inquit Apollōius primum q te patri obtēperare paratū uideo cuius domina
nectute tu gaudent etiā subditi:& qui natura filii non sunt:q si frequenter eius domi uer
regnum saberis honorem mereberis:iuuentute enim una cū senectute regnū gubernāte.q̄
gubernā/ lyra quæ fistula iocundiorem resonabit armoniam.Hic enim & senectus robur
te nihil aliquid accipiet:& iuuentus inordinate non efferetur. Mihi uero Titus inquit o
suauius. tyanee de regno:& imperio quid præcipis?Age inquit Apollonius. Tu iam tibi
quid agendum sit persuasisti:cum enim sis patri suppositus:enitere quo ad potes

ut illi similis euadas. Ego āt Archytæ sermonem tibi narrabo. Fuit.n.uir dignus
cuius disciplinā studeāt hoies: is tarento ortus & Pythagoricæ doctrinæ sectator
de pueroꝝ educatione scribens: sit inquit pater filiis uirtutū exéplar: quasi paren
tes id ipsum sit ad uirtutes studiosius capessendas incitarurū: si filios ob id sibi si/
miles futuros censeant. Ego āt demetriū sodalē meū tibi comité adinngā: qui te/
cū erit ubicūq; uolueris & quid bonū principé facere deceat edocebit. Tū titus q̃
lis inqt est eius uir: quē dicis sapientia. Audacia pollet inqt Apollōius uera loqué
di: quā nullius rei timor impedit: hēt.n.uim quandā cynicā. Cū titus audito canis
noīe turbatus esset. Thelemacus inquit apollonius apud Homerū inducitur ca/
nes petens duos: q tāq̃ famuli ipsum comitarentur ad itacensium concionem pro
ficiscenté: quis hi comites rōnis essent expertes. Tibi uero canis aderit: qui pro te
aduersus alios & cōtra te ipsum & si qñ peccaueris sapienter tñ & non sine rōne
latrabit. Ducā igi. titus īquit pedissecū canē. Cocedā.n. nō latrare tm̄: sed ēt mor
dere quotiés iniuste aliquid me facienté aīaduerterit. Scribet inquit Apollonius
epistola: nunc.n. romæ philosophat. Scribas inquit titus: uellē aūr mei cā aliquis
ēt ad te scriberet ut mecū una. Romā uenires. Veniā inquit Apollonius: qñ utriq;
nostrū cōmodius erit & utilius. Semotis deinde arbitris titus qñ inquit soli sumꝰ
Apolloni permitte q̃so de his: quæ mihi maxime curæ sunt aliqd interrogare. In/
terroga inquit Apollonius, idq; tanto audacius quanto de rebus maioribus inter/
rogaturus es. De uita mea titus inquit: & a quibus maxime cauendū mihi esset ī
terrogarem: nisi forte nimis timidus uideri dubitarē: iā nūc talia formidās. Immo
uero cautū & prudenté uirū inquit Apollōius talia prospicere decet. Inde ad solē
respiciēs per ipsum iurauit se iā antea statuisse ēt nō interrogatū aliquid sibi hac
de re dicere: qm̄ dii præcepissent nuntiare ut uiuēte patre ab iis qui sibi essent ini
micissimi caueret: mortuo āt ab iis qui sibi essent propinquissimi. Quo āt mortis
genere moriturus sum titus inquit: eodē inquit Apollonius: quo Vlyxem mortuū
esse perhibent. Aiūt.n. illi morté ex mari contigisse. Hoc āt dictū ita Damis in/
terpretabatur: ut tridentis cuspidē sibi cauendam moneret qua percussum Vlyſ/
sem asserunt. Titū āt cum post morté patris annos duos regnasset a maritimo le/
pore interfectū dicunt. Is āt piscis humores quosdā occultos habet mortiferos su/
pra oīa uenenū q̃ mari terraue nascant. Et Nerone hunc ipsum piscem epulis mi
scuisse qñq; tradūt aduersus hoies sibi inimicissimos. Domitianus quoq; hoc eo/
dem cōtra titū fratré usus fuisse putat ꝙ graue molestūq; sibi uideretur simul cū
fratre humano benignoq; uiro imperare. Cū illi talia secreto inter se fuissēt loquu
ti: postea corā oībus mutuo se cōplexi sunt: abeuntē uero Titū his uerbis allocu/
tus est apollonius. Vince O Rex hostes quidē armis: patrē uero uirtutibꝰ. Ad de
metriū āt epistolā scripsit his uerbis. Apollonius phūs. Demetrio cani gaudere.
Ego te regi Tito regaliū morū pceptoré dedi: tu fac: ut illi de te uera dixerim: se/
cūq; sine uerecundia couuersare. Vale. Tharsenses præteritis téporibus Apollo/
nio infensi fuerant: propter graues obiurgationes: quibus in ipsos usus fuerat: cū
delitiosi mollesq; ne uerba quidē monentiū perferre possent: tunc auté usq; adeo
illū amabant: ut benefactoré ciuitatis & unicum urbis fundamentū illū esse pu/
tarent. Nā cū rex aliquando publice sacrificaret congregata in unum ciuitas de
rebus maximis pertinentibus supplicatum ad regem uenit: ille uero petitionibus
eorum auditis in memoria habiturum & de ipsis cū patre cōmunicaturū respon

Architas pythago ræ secta/ tor.

Demetri/ us hēt uī cynicam

Canes co mites the lemachi.

Caueret appinqs simis.

Pastiaca trigon.

Mors ulyssis.

Titꝰ a le/ pore ma/ rimo ne/ catus.

Apolloni us deme/ trio cani

ditquinetiā legati uicē apud patrē pro ipsis subire pollicitus est. Accedēs āt apollonius. Si ego inqt hoꝝ aliquos manifeste coarguerim: tibi patriqꝫ hostes acerrimos fuisse: legatosqꝫ ad res nouas moliendas Ierosolimā eē ꝓfectos & auxilia eius paternisqꝫ hostibus ꝓbuisse: qd tu erga tales hoies faceres? Quid aliud titus inqt: nisi ut morte plecterēt. Nō igi. turpe iudicas inqt Apollonius ad relinquētibus pœnas statim reposcere: in dandis āt beneficiis cūctationē q̄rere: & eas qdē ex te ipso iferre: hoꝝ alteri9 sniam asciscere sociā. His uerbis lætatus rex: ꝓtermitto inquit cōcedoqꝫ postulata: neqꝫ. n. mihi pater succēsebit qꝫ abs te & a ueritate fuerim superatus. Talia apud uarias gētes Apollonius partim docēs: partim ēt discēs philosophatus ē. Posteriores peregrinatiōes eius multæ quidē fuerūt: nō tn̄ tā lōge: neue apud tā exteras natiōes. qd quidē sciā. Nā postq̄ descēdit ex æthiopia frequenter secus ægyptiū mare uersatus: apd phœnices quoqꝫ & cilices ionesqꝫ & acheos rursusqꝫ apud italos māsit: nihil unquā omittēs quo minus semp sibi similis uideretur. Cū. n. ꝓdifficile puteť seipsum noscere: ego multū difficilius arbitror sapiētē sibi similē ꝑmanere: neqꝫ. n. eos q natura praui sunt cōmutabit in melius: nisi antea se ita cōparauerit: ut ipse imutabilis maneat. Veꝝ de his alio loco sufficiēter a nobis dictū ē: ubi ēt edocuimus: eos q non delitiose molliterqꝫ inter se degūt: qꝫ eū qui re uera nec simulate uir ē nulla cōtingens res ꝑmutabit: aut in seruitutē rediget. Sed ne ꝓlixiores sermones faciamus exacte narrādo. quæ apud singulos philosophatus sit: neue rursus uideamur silēdo interrūpere sermonē: quē non sine labore conscribimus iis: quibus uir tātus igotus erat: uisum est mihi studiosiora eius uiri facta narrare: & quæ magis digna memoratu apparuerunt. Putamus āt hæc asclepiadaꝝ peregrinationis simili uisum iri. Adolescens quidam omnium bonarum artium ignarus studiose uarias aues erudiebat: sapiētiæ quo ad poterat ꝑticipes eas reddēs. docebatqꝫ & hoium uoces imitari. & gutture tanq̄ tibiis modulari. Huic occurrens Apollonius qdnā artis exerceret interrogauit: cūqꝫ ille philomelas & psitacos: & alias aues: quæ linguā habent expeditiorem docere se respondisset: ipse autem esset in loquendo rudis & incultus: uideris inquit Apollonius huiusmodoi aues corrumpere. Primo quidem qꝫ eas sua ut ita dicā locutiōe uti non sinis: quæ adeo suauis est atqꝫ iucunda: ut eam nulla musicæ instrumenta possint imitari: deinde cum tu græcoꝝ omniū pessime loquaris: tuæ ruditatis discipulas ipsas facis. Frustra insuper facultates tuas consumis: cum enim tuos comites: & te ipm̄ quo pacto sis cultus itueor. diues mihi delitiosusqꝫ eē uideris: huiusmodi āt uiros calūniatores ꝑmunt: linguis contra eos ꝓ stimulis utentes: neqꝫ aduersus eos tibi quicq̄ proderit auiū curatio: nō. n. si philomelaꝝ omnium cantus in unum congeras abigere illas poteris tibi incumbentes: & in te conuitia iugiter iactātes. Sed opus ē facultates tuas illis impꝑtiri: & pecuniā illis tanq̄ camb9 mellitas offas obiicere: quibus rursus latrātibus iteꝝ atqꝫ iterum dandū erit quo ad ipse pauper euadas. Opus igi. tibi est curatione insigni & uitæ mutatione preclara: ut agnoscas te frustra in auibus consumpsisse diuitias: cum tamen ita uiueres: ut plorare potius q̄ cantare ob tua merita aues debuerint. Est āt mutatiōis huius remedium non magnum neqꝫ difficile. est. n. in singulis ciuitatibus hominum quoddam genus tibi adhuc ignotum. id autem magistroꝝ genus ab hominibus uocatur: his pauca ex tuis facultatibus præbēs tuto reliquas possidebis. Forēsem namqꝫ rethoricam te docebūt. Est autem ars ea cognitu facilis qꝫ si te in pueritia

Difficile se ipsum nosse.

Quidā docebat aues imitari uoces humanas.

Tuæ ruditatis discipulas aues facis.

Pecuniæ tāq̄ mellitæ offæ

Magn̄s da.

constitutū adhuc uiderem consuluissem ut ad sophistarꝝ philosophorūq; limina accedēs:omni sapientia domū tuā sepires. Sed qm̄ in illa discendi tempus præteriit disce saltē:ut pro te ipso dicere possis:atq; illud tecū meditare:ꝙ si pfectiora didicisses similis esses armato homini:& cæteris terribilis.hæc aūt si didiceris ex peditorꝝ militū:aut funditorꝝ armaturā habebis:qua poteris calūniatores perinde ac canes ferire. Hæc uerba diligēter cōsiderans:adolescens auiū studio curaq; relicta:ad præceptores pfectus:qui mentē eius ac linguā direxere cum opinionū duæ sardibus uigerēt:quarꝝ una dicebat pactolum quondā aurea frustra crœso deferre solitū:altera ꝙ arbores antiqores essent q̄ terra eorꝝ:unā uerisimiliter aiebat Apollonius credi posse:nā & in arenosis tumulis auri parua frustra inueniūtur:quæ postmodū ab imbribus una cū arenis in pactolum deferri nō est absurdum:tpe autē quod talia relinquere gaudet illa defluere desinūt. Alrerā aūt opinionē ualde deridebat inquiēs:uos arbores dicitis terra priores existere:ego aūt satis longo tpe philosophatus:nūq̄ agnoui astra cœlo fuisse priora:atq; illud etiā edocuit:ꝙ nihil fit unq̄ nisi antea id extiterit:in quo tale id fieri debet:Cū Syriæ pfectus suspitiones ciuibus inserēs Anthiochiā ad seditionē contulisset:ciuitas omnis in duas partes diuisa secesserat:ingenti aūt terræmotu coorto uniuersi pterriti sunt:& ꝙ in eiusmodi porrentis fieri cōsueuit:pmixti ciues diis imortalibus pro salute uota faciebāt. Accedēs itaq; ad eos Apollonius:deus inquit manifeste uobis cōcordiæ sequester ac mediator extitit:uos aūt si sapitis nō iterꝝ post hac dissidebitis talia metuētes:monuitq; ut cogitarēt quidnā ob seditiōes essent passuri:utq; aliorꝝ exēplis:moniti sibiipsis cauerēt & cōsultarēt. Illud pterea memoratu dignū duximus:quod paulopost enarrabimus. Quidā pro thesauro in ueniendo telluri sacrificabat:& eadē de causa supplicare Apollonio non dubitauit:qui cogitās cuius rei amore teneret:lucratorē te esse uideo percupidū. ille āt facultates inquit nullæ mihi sunt:pter admodū paucas:quæ educādæ familiæ nō sufficiūt:uideris igit̄ inquit Apollonius familiā magnā & ociosam educare domi.neq;.n.imprudētibus cōnumerandus appares. Ille uero parūper lachrymans filias inquit habeo quattuor:quapp & dotibus quattuor indigeo. Habeo autem drachmas tm̄ bis mille:quas ubi filiabus pro dotibus dedero.illæ qdē parꝝ accœpisse uidebunt̄. Ego aūt funditus petiero cū nihil penitus mihi relinquat̄. Illum igit̄ miseratus Apollonius:ego inquit & terra de te curā habebimus:nā illi te sacrificare frequētēr dicūt. Post hæc uerba Apollonius in suburbanos agros pfectus:tāq̄ unus ex his qui fructus emēdo quærūt:uidens aūt agellum oliuis consitum:gaudens illum aspiciebat:nā arbores uiridissimæ erāt ac pceræ & in agello hortulum esse animaduertit ubi apum erāt examina:& flores permulti:hortūq; ingressus quasi maius aliquid illic cōsideraturus Pandoræ sacrificauit:deinde in urbē reuersus agelli dn̄m cōuenit:qui diuitias iniquissimis qbuscūq; rationibus cōparās phœnicum fortunas cōgregabat. Hunc itaq; alloquēs Apollonius talem inquit agellum quāti emisti quidue postmodū in eo colendo sumptus fecisti. Ille aūt anno pximo drachmis mille quingentis agrum se emisse respōdit:sumptus aūt in colendo fecisse nullos. hortatur igit̄ Apollonius uirū:ut duobus drachmarum milibus agrū sibi uendat cum drachmarꝝ quingentarum lucro:emptor aūt qd acciperet muneris nondū intelligebat:uenditor uero pecuniarꝝ amator pluris multo bis mille drachmas q̄ agrū ipsum faciebat:q; pecunias in manibus habēs

Pactolus aurꝝ crœso deferre solitus.

Terræmot9 antiochiæ.

Pandoræ sacrificat

Mercat9 sibi penitus subiectas fore ipsas aiaduertebat/agrū uero imbrib9 & grādinibus:
agrū in & cæteris multis q̄ fructus plerūq; corrūpūt expositū eē sciebat. Sed postq̄ am/
quo the/ phorā trib9milibus daricis plenā humi defossam inuenit in ea horti pte:ubi apū
saurus. aluearia fuisse diximus/copiosis ēt olea℞ fructib9 potitus est:cū alibi nō multas oleas terra ,ptulisset:tū uero maxīas uiri laudes ubiq; decātabat:ipse uero a mul tis pcis colebat̃. Aliud p̄terea memorabile ab Apollonio gestū huiuscemōi cōpi.

Simula/ Q uidā simulacrū ueneris qd nudū in gnido positū est uehemēter amabat:ma/
crum ue gnā q; facultatū sua℞ pte donaria in tēplo suspēdēs cōsumpserat:plura ēt se do/
neris gni narurū pollicebat̃:si eius nuptiis potiret̃:hæc Apollonio scelesta uidebant̃ cum
diæ. p̄sertim id gnidii nō,phiberēt:sed deā formosiorē uisum iri putaret̃ si amaretur. Apollonio āt cōsentaneū rōni uisum est tali demētia tēplū purgare/& interrogā tibus se gnidiis an aliqd emēdare uellet ex iis:quæ apud ipsos in tēplo:aut sacri ficādo aut orādo seruabant̃:oculos inquit emēdabo tēpli āt ritus perinde/ut nūc sunt sunto:Inde uiꝝ ad se uocans:qui amore torquebat̃ interrogauit/an putaret deos esse:cūq; ille se putare dixisset:atq; adeo/ut eo℞ ēt amore teneat̃/nuptia℞q; memoriā intulisset:quas sacrificiis asseq se posse arbitrabat̃ te inquit o demens poetæ extulerūt:qui anchisas & peleos deab9 cōmixtos esse fabulant̃. Ego āt de

Similia amore hoc agnosco q; dei deas/ & uiri mulieres/ & belluæ belluas & ut breuiter
similes oīa cōplectar similia similes amāt qm̄ similes & eiusdē generis partus ædant:al/
amant. terius uero generis aīal si dissimili cōiungat̃:neq; cōiugium/neq; amorē seruare pōt:q; si ea:quæ de Ixione ferunt̃ cogitares:nūq̄ tibi uenisset in mētē:tibi dissi/ mile aliqd amare:atq; ille qdē rotæ affixus p cœlū uoluitur:tu āt nisi e tēplo di/ scesseris in omni terra funditus pderis/nec iure cōqueri poteris iniuste/tibi a diis talia ,puenire. His uerbis illius furor extinctus est:& q se amare antea iactabat: tūc pro ipetrāda uenia sacrificaturus abiit. Cū ciuitates in hellespōti sinistra pte positas crebri terræmotus cōcuterēt:ægyptii chaldæiq; sacrificuli apud eas pecu niæ colligēdæ cā cōuenerāt decē poscētes talenta pro sacris neptūno tellurīq; fa/ ciendis. Cōferebāt āt ciuitates pecunias cū ex publico:tū ēt ex priuatis facultati

Liberat bus/nihil pēsi ob timorē faciētes. Illi.n.nisi ex pecunia apud argētarios deposita
hellespon eēt sacra pro eis facere negabāt:qd postq̄ aiaduertit Apollonius turpe sibi puta/
tiacos a uit hellespōticas ciuitates negligere. Ad eas igr̃ accedēs sacrificulos obiurgauit:
terræmo q; ex alienis malis thesauros q̄rerēt:& cās eo℞ q̄ tūc acciderāt enarrās/sacrisq; ut
tu. cuiq; cōmodū eēt fieri iussit exiguo sumptu calamitatē dimouit/& terra cōstitit.

Lex Do/ Per ea tpa Domitianus Romano℞ Impator legē tulerat ne qs hoies facere eunu
mitiāi ne chos:neue ulterius plātare uites auderet:& q̄ suo tpe plātatæ fuissent uibebat am
uites plā putari/ueniēs itaq; ad Iones Apollonius/hæc inqt p̄cepta ad me attinēt. solus.n.
tarentur. fortassis hoium oium/neq; pudēdis egeo:nec uino utor:oblitus tū est admirabi/
Terrā fa lis Impator/qd hoibus parcēs terrā ipsam fecit eunuchā:quamobrē ausi sunt Io/
cit eunu nes ad impatorē legatos pro uitib9 mittere/& uacationē legis ab ipso petere:qui
cham. terrā populari amputādis uitib9 iussit:& ulterius nō plātare. Hoc insup qd thar

Momor si gessit Apollonius tāq̄ memoria dignū decantat̃. Rabiosus canis adolescentem
dit rabio obuiā factū momordit:quo morsu in caninos mores deflexit adolescens. Latra/
sus canis bat.n.sedebatq; uelut canis/& ceu quadrupedes gradiebat̃ manib9 tāq̄ pedibus
adolescē utens iāq; dies.xxx.hoc morbo laborabat. Veniens igit̃ tharsum Apollonius/cū
tem. adolescētis infortuniū agnouisset ciuibus p̄cepit:ut canē q illū momorderat in/

quirerēt:illi uero nūq̄ se canē illū uidisse iurabāt:q̄ extra ciuitatis muros depre hensus a cane fuisset adolescēs:dū se se iaculādo exerceret:nec postq̄ in morbū in ciderat ex eo scire potuerat q̄sq̄:q̄ forma q̄ue statura canis fuisset. Paulū igit̄ cun ctatus Apollonius o damis inqt is canis alb9 est:& uillosus & custodiēdis ouib9 accōmodatus & amphilochis canib9 magnitudine æqualis. Stat āt tremebūdus iuxta fontē aliquē aquā.n.& cupit & timet:ipm āt ducito:secus fluminis ripam ubi palestræ exercent̄:hoc tm̄ eius aurib9 imurmurās:q̄ a me uocat̄:paulopost canis a damide tractus ad Apollonii pedes ꝑcubuit eiulās ceu q supplices altari bus admouerent̄:illū āt manib9 mulcēs Apollonius:penes ipm adolescētē cōsti tuit:quē ex manu detinebat. Tunc ad eos q aderāt cōuersus:ne uos inqt magnū archanū lateat. sciatis animā:thelephi mysii in hūc pueꝝ trāslatā eē & fata ab ip so hoc exposcere:his dictis canē lambere morsū iussit:ut idē medicus eēt:q uul neris antea auctor fuerat:q̄ cū egisset adolescēs ad patrē cōuersus est:matrē reco gnouit. æquales quoq̄ salutauit noīatim & haustā ex cydno aquā bibit. Neq̄ ue ro canis curationē neglexit Apollonius. Sed pro illo sanando fluuiū ꝑcatus est: canis uero fluuiū ingressus:cū in eo natās aliq̄diu moratus eēt in ripa consistens ululauit:qd rabiosi canes facere nō cōsueuerūt:& aurib9amissis caudā uibrabat: tāq̄ & ipse cōualuisse sese agnosceret: Medicamētū nāq̄ rabiei est aqua si eā attin gere rabiosus audeat. Hæc ab Apollonio acta sunt in tēplis & ciuitatibus apud populos:& pro populis sup mortuos aut egrotātes & cū sapiētibus:ac nō sapien tibus tractata:& cū regibus qui illū uirtutis cōsiliariū adhibuerūt.

Canis medicus uulneris qd̄ ipse fecerat.

Aquā bibit.

Medicamentum rabiosi aqua.

PHILOSTRATI DE VITA APOLLONII TYANEI. LIBER. VII.

Vocatum Apolloniū a Domitiano Romā uenisse demonstrat:& quo pacto diutius in carcere detentus:tandēq̄ ad subsellia tāq̄ reus productus sit.



Eq̄ uero sum nescius q̄ magnū indiciū uere philosophātiū tyrānides existāt:ꝑterea inq̄rere uolentibus cōcedo q̄ singuli erga ipsos egerint:cū alius maius alius minus in hoc sit opa tus:mea uero ad hoc ipm nūc tendit oro. Tēpore quo Domi tianus impauit accusatiōes & iudicia plurima Apolloniū cir cūuenere:q̄uo aūt:& unde principiū sumpserint:& quo noie illaꝝ q̄libet fuerit appellāda paulopost explicabo. Et qm̄ mihi dicere necesse est: qd dicēs:& qualis uisus iudiciū euaserit tyrānos potius cōuincēs q̄ ab eisdem ui ctus non alienū duxi. Hoꝝ gratia prius enarrare sapientum hominū erga tyrā nos acta quæcūq̄ memoratu digna compi: Atq̄ illa cum Apollonii factis cōpa rare. Sic.n. optime ueritatē inueniri posse sum arbitratus. Zeno igit̄ eleates:qui dialecticā primus inuenit Nearchi mysii tyrānidem euertere tentans:deprehen susq̄ cū uariis suppliciis torqueret̄ socios cōiurationis minime ꝑdidit. sed quos tyrāno fidissimos nouerat calūniatus:ut morte dānarent̄ effecit:ipse aūt Mysiā liberauit tyrānidē erga se ipsam errare faciēs. Plato aūt pro Siciliæ libertate cer tamē suscepisse dicebat̄:Dionē eiusdem sentētiæ comitē asciscens. Python aūt rheginus exul cū ad Dionysiū Siciliæ tyrānū cōfugit:atq̄; honoratius ab eodem susceptus:q̄ exuli cōuenire uideretur tyrāni mentē intellexit rhegii capiendi per

Zeno eleates.

Tyrāno fidissimos nominauit.

Pyrhon rhegin9.

cupidam: Cunq; id rheginis per epistolam nunciasset a tyrāno deprehensus est: quapp tyrānum illum uni ex machinis: quas pro rhegio expugnādo construxerat uiuū suspendit: eamq; muris admouit existimās rheginos ne Pythonē uulnerarent aduersus machinā tela nō emissuros: ille autē magnis uocibus exclamans rheginos hortabat᷑: ut in machinā tela torquerēt: se nāq; aiebat signum libertatis esse propositū. Heraclides autē & Python: qui cottū thracē interfecerunt homunculi quidē ambo erant: achademicoꝶ autē disciplinā secuti. sapientes liberiq; eua ferant. Calisthenē autē olynthiū nemo ferme ignorat: qui uno eodemq; die Macedones laudauit & accusauit: tum cū maxime uiribus pollerent: quamobrē ueluti molestus ipsis interfectus est. Diogenes quoq; synopeus: & crates thebanus circūferuntur: quoꝶ is quidē pro cheronia ueniens: Philippū pro Atheniensibus grauiter obiurgauit: absurdū esse dicens armis eos pdere: qui pro se arma qñq; cœpissent. Crates autē cum Alexāder thebas instaurare sui gratia uelle diceret: ego inquit patria nō egeo: quā armis ꝑpotentior iteꝝ subruat. Sed qm̄ ꝓlixitatē oratio refugit plura: quæ adhuc dici possent omittā: præsertim cū ea quæ dicta sunt refellere sit necesse: non quia turpiter: aut præter rationē gesta sint. sed quia actis ab Apollonio sunt inferiora: q̄q̄ alioꝶ omniū facta exuperent. Eleathes. n. Zeno: & qui cottū interfecere: nō multū laudis mereri uident᷑ qa thraces: mysios & getas in seruitutē ducere per facile est: liberare autē stultum cum libertate nō gaudeant: ut seruitutē nequaq̄ turpē esse arbitrentur. Quod autē minus sapienter fecerit Plato: satis patet: Siciliæ res potius q̄ Atheniensiū tentans emendare: unde etiā iure uenditus fuit decipiens alios: & itidē ipse deceptus: hæc inquā faciens: q; minus sapienter egerit: dicere uerear: cū sciam plerosq; moleste talia uerba audituros. Quæ autē rheginus Python erga Dionysiū nō stabiliter regnantem aggressus est audaciā ꝑfecto præ se ferunt: sed cū esset omnino a tyrāno interficiendus: etiā si a rheginis uulneratus nō fuisset: mirabile meo iudicio nihil fecit mortē pro libertate alioꝶ potius q̄ pro sua diligens seruitute. Calisthenes aūt ne nunc quidē prauitatis infamiā fugit: eosdē laudās atq; uituperās: aut. n. eos uituperauit: quos laudādos putabat: aut laudauit quos censebat uituperādos. Præterea si uiros bonos nūcupauit inuidiæ suspitionē euitare nō potest. Quæ autē assentando prauos laudat: ipse delictoꝶ quæ ab illis fiunt culpā feret. Praui. n. si laudentur deteriores euadunt. At uero Diogenes pro cheronia Philippo loquutus quāuis illum compescuit ne arma afferret Atheniensibus cū tamen inceptis persisteret obiurgauit sane hominē: nō aūt emendauit. Crates quoq; forsitan: culpa nō carebit ab homine ciuitatis amatore: q; Alexādri cōsiliis non consenserit: quæ pro thebis instaurandis meditabatur. Veꝶ Apollonius: nec pro periclitante patria supplicās: nec de salute corporis: desperās: nec sermones insulsos ullos proferens: nec pro mysiis getisue: nec apud principē: qui uni insulæ aut paruæ regioni imparet sed sub quo terra omnis erat & mare uniuersum aduersus hūc inquā qui male impabat sese comparauit pro utilitate eoꝶ: qui imperio suberant: cum eadem mente aduersus Neronē antea usus fuisset: ut illa tanq̄ præludia: quia existimare posset: tum pactis illis ab incepto nō destiterit: nam & uindicis auxerat uires: & Tigillinū grauiter increpās debiliorē tyrānidem effecerat. Verū enimuero iactationis nimiū forsan habere uidebit᷑ hæc oratio: quia non admodū præclaꝶ fuerit aduersum Neronē insurgere psaltriæ fidicinæq; more uiuentem. De

Calisthenes olynthius.

Diogenes.

Crates.

Plato uēditus.

Domitiano dicere quid poterũt? qui & corpore erat robustissimo & uoluptates oẽs aspernabat̃ quæ ex musicis instrumẽtis/aut pulsationibus ortæ uires/labefactant ac minuũt:& cui alioꝝ dolores & gemitus iocunditatẽ lætitiãq; ꝑbebanr. Perfidiã uero populoꝝ erga tyrãnos/tyrãnoꝝ uero erga reliquos/oẽs custodiam quãdã esse dicebat. Aiebat quoq; regẽ noctu ab oĩbus opibus cessare oportere: tũc ãt cædes:& trucidatiões exercere:quapp/senatus mẽbra sunt amputata optimis qbusq; uiris ab eo iterfectis:Philosophia aũt adeo pterrita est:ut habitu mutato phi:partim in Hispaniã/partim in lybiæ:scythiæue deserta confugerẽt:qdã etiã uiuẽdi rõne mutata sceleꝝ cõsiliarios illi sese adiũgerẽt. Et sicut a Sophocle Tiresias ad Oedipũ de seipso loquẽs induci:t/nõ tibi sed ignominiæ seruiẽs uiuo Sic Apollonius dominã sibi cõstituẽs sapientiã liber erat a Domitiani calamitatibus cum Tiresiæ/Sophoclisq; uerba aptasset:& priuatim sibi nihil metuebat:q̃ aũt in alioꝝ pniciẽ fieri uidebat miserebat̃. Q uapp senatoriã:& q̃ in quocunq; erat prudentiã cõtra tyrãnũ cõcitauit. Pergẽs.n.ad uarias gẽtes:& illaꝝ principes philosophice alloquẽs dicebat/nõ imortalẽ esse potentiã tyrãnoꝝ:& qui cæteris terribiliores appareãt magis ac facilius supari. Narrabant quoq; palladis ludos athenis celebrari cõsuetos:ubi harmodii & aristogitonis laudes cantabant̃: & Atheniensiũ tribuũ acta:quibus triginta simul tyrãni supati sunt. Romanoꝝ quoq; referebat facinora:& q̃ populus ille armis/quondã ex urbe tyrãnos pepulisset. Cũ tragœdiaꝝ histrio Inonis fabulã ageret ephesi:& audiendæ fabulæ ꝑfectus Asiæ interesset uir licet adhuc iuuenis/consulari tñ dignitate clarus/uidereturq; accuratius illã audire:histrio Euripidis iambica perageret.in quibus poeta dixit longo tpe ductos tyrãnos a paruis qñq; uiris & breui tpe supari. Prosiliẽs in mediũ Apollonius:at uero hic pauidus/nec me nec Euripidẽ intelligit. Iterum quoq; cũ Domitianũ memorari cogitasset:atq; ipsum nõnulli laudarẽt:q; Romæ tẽplũ uestæ purgasset uirginibus tribus zonaꝝ cã interẽptis & qa rem cũ uiris habuisse culparent̃:cũ oporteret eas castas atq; intactas illiensem palladẽ. & ignẽ ꝑpetuũ custodire. Hæc audiẽs Appollonius utinã inquit & tu o sol iniustis cædibus purgareris:qbus nunc uniuersa terra referta est:atq; hæc nõ priuatim:sicut pauidi solent:sed in turbã palamq; ꝑdicabat. Cum Domitianus agnato suo Sabino interfecto Iuliam duxisset uxorẽ(erat autẽ Iulia interfecti quidẽ sabini uxor Domitiani uero ex filia neptis) ephesii pro nuptiis impatoris sacrificabant. Interueniẽs autẽ Apollonius/o/mox inquit qualis quondã fuit Danai filiaꝝ/cur sola fuisti? Q uæ aũt p ea tẽpora Domitianus fecit talia fuere. Nerua/q post Domitianũ iuste modesteq; impauit iam ad imperiũ uocari uidebat̃/id ꝑcipue Orfitus ac Ruffus opinabant̃/hos Domitianus parataꝝ cõtra se insidiaꝝ in simulans in insulam relegauit:Neruã quoq; tarentũ secedere iussit:his familiaritate cõiunctus Apollonius/dum Titus una cũ patre/ac deinde solus imperauerat modestiæ aliarũq; uirtutum præcepta dederat/eosq; tãq̃ bonos frugiq; uiros imperatoribus iam dictis in fidẽ amicitiãq; cõmendauerat. Domitianus autẽ quoniam asper difficilisq; uideret̃/eodẽ seiunxerat:& ad cõmunẽ libertatẽ capessendam hortabatur:qa per epistolas illis cõsulere non satis rutum arbitrabatur:cũ potẽtiores quosdã serui ꝑdidissent/alios etiã amici & uxores/ita ut nihil tutũ nihil secretũ esse posset etiã domi:ꝑpterea Apollonius e comitibus suis:quos prudentiores agnouerat/modo hunc modo illũ ad eos mittens/ministrũ aiebat præ/

Dmitia nus robustus.

Regẽ noctu cessare oportere.

Optimi i terfecti a Domitiano.

Philosophi pulsi.

Cõtra tyrãnos Apolloni9.

Tyranni a puis uiris supe/rant.

Vestales tres dãnatæ a Domitiano.

Iulia Domitiano.

Orfitus Nerua se posit9 tarentum.

